

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum*
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

LIBER CUSTUMARUM.

¹ [*Irrotulatur in Memorandis de Scaccario Domini F. 264. b.
Regis, inter Recorda de Termine Sancti Michaelis,
anno decimo Regis Henrici Quarti, ex parte
Rememoratoris Thesaurarii.*

“ Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ et Franciæ, et <sup>Grant by
Henry IV.</sup>
“ Dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes lit. <sup>to the Mayor
and Com-
monalty of
London of</sup>
“ teræ pervenerint, salutem. Sciatis, quod cum cives <sup>power to
arrest felons
and male-
factors in</sup>
“ civitatis nostræ Londoniarum per petitionem suam <sup>Southwark;
and of Waifs,
and Strays,
and Assay</sup>
“ Domino Edwardo, nuper Regi Angliæ, avo nostro ^{and}
“ dederint intelligi, qualiter felones, latrones, ac qui ^{and}
“ dam alii malefactores et pacis suæ perturbatores, qui ^{and}
“ homicidia, latrocinia, et alias diversas felonias in civi- <sup>and Assize of
bread and
ale.</sup>
“ tate prædicta et alibi perpetrarunt, ab eadem civitate,
“ post hujusmodi felonias factas, usque villam de Suthe-
“ werke, ubi fuerunt receptati, et ubi ministri dictæ ^{of}
“ civitatis latrones, felones, et malefactores hujusmodi ^{Southwark;}
“ arrestari non potuerunt, fugerunt; sicque iidem latrones, <sup>and of Waifs,
and Strays,
and Assay</sup>
“ felones, et malefactores, pro defectu debitæ punitionis, <sup>and Assize of
bread and
ale.</sup>
“ ad hujusmodi malefacta perpetranda magis audaces ^{of}
“ extiterunt. Ac proinde idem avus noster, per Chartam ^{Southwark;}
“ suam, quam confirmavimus, concesserit præfatis civi- <sup>and of Waifs,
and Strays,
and Assay</sup>
“ bus civitatis prædictæ prædictam villam de Suthewerk, <sup>and Assize of
bread and
ale.</sup>
“ ad feodi firmam pro antiqua firma inde tunc debita, ^{of}
“ videlicet, pro decem libris per annum in Scaccario ^{Southwark;}
“ solvendis. Per quam quidem Chartam, officiarii civi- <sup>and of Waifs,
and Strays,
and Assay</sup>
“ tatis prædictæ non habent potestatem hujusmodi ^{of}
“ felones, latrones, et malefactores in villa prædicta ^{Southwark;}
“ arrestandi, nec eos usque Gaolam nostram de Neugate <sup>and of Waifs,
and Strays,
and Assay</sup>
“ ducendi, ibidem secundum legem nostram justifi- ^{of}
“ candos, ut accepimus;—Nos, ad supplicationem dilec-

¹ From this point, the matter in *Liber Custumarum* consists of various insertions of later date.

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum*
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

434

LIBER CUSTUMARUM.

[7 HEN. IV.

“ torum nobis, Majoris et communitatis civitatis præ-
“ dictæ, de gratia nostra speciali concessimus et con-
“ firmavimus eisdem Majori et communitati, et succes-
“ soribus suis, prædictam villam de Suthewerk, cum
“ pertinentiis ac quibuscunque commoditatibus ad nos
“ de dicta villa aliqualiter spectantibus, pro firma præ-
“ dicta: et quod ipsi et eorum successores, per ministros
“ suos, quoscunque latrones, felonies, et malefactores, in
“ villa prædicta inventos, arrestare et usque Gaolam
“ prædictamducere possint, ibidem consimili modo jus-
“ tificandos, ut felonies infra dictam civitatem inventos,
“ coram Majore civitatis prædictæ, pro tempore existente,
“ ac aliis Justiciariis per nos et hæredes nostros pro de-
“ liberatione Gaolæ prædictæ assignandis, et alias male-
“ factores et pacis perturbatores coram Majore civitatis
“ prædictæ pro tempore existente. Concessimus etiam
“ eisdem Majori et communitati, et successoribus suis, om-
“ nimoda bona et catalla vocata “ Wayf” et “ Strays,” ac
“ Assaiam et Assisam panis, vini, et cervisiae, et omnium
“ aliorum victualium quoruncunque, ac quaruncunque
“ aliarum rerum ad officium Clerici Mercati hospitii
“ nostri vel hospitii hæredum nostrorum, infra dic-
“ tam villam de Suthewerk spectantium, una cum
“ punitione eorundem, quando et quo tempore eis
“ videbitur fore optimum; cum finibus, amersamentis,
“ redemptionibus, et omnibus aliis proficuis inde pro-
“ venientibus. Ita quod præfatus Clericus Mercati
“ hospitii nostri, vel hæredum nostrorum, dictam vil-
“ lam de Suthewerk, pro aliquo ad officium suum
“ spectante ibidem faciendo seu exercendo, minime
“ ingrediatur, nec se de correctione victualium in villa
“ prædicta aliqualiter intromittat. Et insuper, con-
“ cessimus eisdem Majori et communitati, et successo-
“ ribus suis, quod ipsi, per eorum ministrum et depu-
“ tatum, in prædicta villa de Suthewerk habeant retur-
“ num omnium brevium nostrorum, extractarum, præ-
“ ceptorum, et mandatorum, quaruncunque, Curiarum
“ nostrarum, et hæredum nostrorum, in prædicta villa
“ de Suthwerk. Ita quod Vicecomes Surreiæ, qui

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum*
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

1 EDW. III.] GRANT OF THE VILL OF SOUTHWARK. 435

“ nunc est, vel qui pro tempore fuerit, aut aliquis
 “ officiariorum seu ministrorum nostrorum, non intro-
 “ mittat, nec executionem faciat, de eo quod ad
 “ officium suum pertinet vel pertinere poterit, infra
 “ villam prædictam, nisi in defectu ipsorum Majoris et
 “ communitatis, aut ministri seu deputati sui, ejusdem
 “ villæ, seu successorum suorum; franchises aliorum
 “ dominorum in villa prædicta eisdem dominis sem-
 “ per salvis. In cuius rei testimonium, has Litteras
 “ nostras fieri fecimus Patentes, quamdiu nobis pla-
 “ cuerit duraturas. Teste meipso, apud Westmonas-
 “ terium, xxiii die Julii, anno regni nostri vii^{mo}. ” Per
 ipsum Regem.—Clerke.

Charta de Southwerke.

F. 265. a.

“ Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hi-
 “ berniæ, et Dux Aquitannie, omnibus ad quos præ-
 “ sentes litteræ pervenerint, salutem. Sciatis quod
 “ cum dilecti nobis cives civitatis nostræ Londonia-
 “ rum, per petitionem suam, coram nobis et Consilio
 “ nostro in præsenti Parliamento nostro, apud West-
 “ monasterium convocato, exhibitam, nobis dederint in-
 “ telligi quod felonies, latrones, et alii diversi male-
 “ factores et pacis perturbatores, qui in civitate præ-
 “ dicta et alibi homicidia, latrocinia, et alias felonias
 “ diversas perpetrarunt, latenter ab eadem civitate,
 “ post hujusmodi felonias perpetratas, recedentes ad
 “ villam de Suthwerke, ubi per ministros dictæ civi-
 “ tatis attachiari non possunt, fugiunt, et ibidem
 “ publice receptantur; sicque propter defectum debi-
 “ tæ punitionis, audacieores efficiuntur ad hujusmodi
 “ felonias perpetrandas; et nobis supplicaverunt, ut
 “ pro conservatione pacis nostræ in civitate prædicta,
 “ et malitia ipsorum malefactorum refrænanda, velimus
 “ eis dictam villam concedere, habendam sibi, hæredi-

Grant by
King Ed-
ward III.
of the Vill of
Southwark
to the Citi-
zens of Lon-
don.

E E 2

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum*
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

436

LIBER CUSTUMARUM

[7 RIC. II.

“ bus, et successoribus suis, in perpetuum, pro firma
 “ inde debita nobis ad Scaccarium nostrum annuatim
 “ reddenda;—Nos, ad præmissa considerationem ha-
 “ bentes, de assensu Prælatorum, Comitum, Baronum,
 “ et Communitatis regni nostri, in Parliamento præ-
 “ dicto existentium, concessimus, pro nobis et hæredi-
 “ bus nostris, eisdem civibus dictam villam de Suth-
 “ werke, cum pertinentiis, habendum et tenendum
 “ sibi, et hæredibus et successoribus suis, civibus civi-
 “ tatis prædictæ, de nobis et hæredibus nostris in
 “ perpetuum, reddendo nobis per annum ad Scaccarium
 “ nostrum, et hæredum nostrorum, terminis consuetis,
 “ firmam inde debitam et consuetam. In cuius rei
 “ testimonium, has Litteras nostras fieri fecimus Pa-
 “ tentes. Teste meipso, apud Westmonasterium, sexto
 “ die Martii, anno regni nostri primo.”

Irrotulatur in Memorandis Scaccarii de anno regni Regis Edwardi, Tertii post Conquæstum, primo finiente, incipiente secundo, inter Recorda de Termine Sancti Michaelis.

*Littera Domini ¹ [Ricardi Regis] Patens pro [Elec-
tione] Aldermannorum.*

Letter of Richard II. “ Ricardus, Dei gratia, Rex Angliæ et Franciæ, et
 to the Mayor and Commonalty of London, allowing the re-election at the end of their year of office. “ Dominus Hiberniæ, dilectis sibi Majori et toti com-
 munitati civitatis suæ Londoniarum, salutem. Da-
 tum est nobis intelligi, quod vos, ad electionem
 Aldermanorum pro anno proximo futuro inter vos
 procedentes, consideratis damnis, incommodis, et peri-
 culis gravibus quæ ex totali et integra mutatione
 Aldermannorum in civitate illa, per aliquod tempus
 annuatim fieri usitata, hactenus evenerunt, et quæ
 possent, si fierent amplius hujusmodi subitæ et in-

¹ The portions in brackets have been cut away from the margin.

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

7 RIC. II.] RE-ELECTION OF ALDERMEN ALLOWED. 437

“ tegræ mutationes, verisimiliter et faciliter provenire;
“ ea intentione, quod, vitatis hujusmodi damnis, incom-
“ modis, et periculis, melior gubernatio in eadem civi-
“ tate habeatur, quosdam Aldermannorum qui proximo
“ elapso anno fuerant, et quosdam alias de prohi-
“ oribus hominibus dictæ civitatis in officium Alder-
“ manriæ, noviter elegistis. Nos igitur intentionem
“ vestram in hac parte, quatenus pro salubriori dictæ
“ civitatis processit, commendantes, volumus, et tenore
“ præsentium consentimus, quod electio illa, sic per
“ vos facta, pro dicto anno futuro, absque cassatione
“ seu adnullatione firmum sortiatur effectum; conce-
“ dentes ulterius, quod si Prælatis, Proceribus, Mag-
“ natibus, et aliis de Consilio nostro, in proximo
“ Parliamento nostro nobis assistentibus, exposita eis
“ causa et materia electionis hujusmodi, videatur elec-
“ tionem prædictam pro meliori gubernatione civitatis
“ prædictæ fore utilem atque necessariam, tunc hu-
“ jusmodi electio in civitate prædicta ex tunc fiat,
“ et, ad majorem utilitatem civitatis prædictæ annu-
“ atim, juxta deliberationem et avisamentum Præ-
“ latorum, Procerum, ac Magnatum prædictorum, et
“ aliorum de dicto Consilio nostro, successivis tempo-
“ ribus firmiter observetur; nolentes quod vos, occa-
“ sione electionis jam per vos, ut præmittitur, factæ,
“ amissionem aliquarum libertatum vobis per Chartas
“ progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ,
“ et confirmationes nostras, concessarum, incurratis, seu
“ quod præjudicium aliquod vobis, vel hæredibus aut
“ successoribus vestris, super eisdem libertatibus gene-
“ retur. Et hoc vobis, et omnibus aliis quorum inte-
“ rest, innotescimus per præsentes. In cuius rei testi-
“ monium, has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.
“ Teste meipso, apud Westmonasterium, viii die Martii,
“ anno regni nostri septimo.” Per ipsum Regem.
Waltham.

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

438

LIBER CUSTUMARUM.

[15 EDW. III.]

[*Charta Regis Edwardi Tertii.*]

* F. 269. a. " Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ et Franciæ, et
 Charter of " Dominus Hiberniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abba-
 Inspeximus, " tibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis,
 grant, and " Vicecomitibus, Præpositis, ministris, et omnibus bal-
 confirmation of liber- " livis et fidelibus suis, salutem. Inspeximus Chartam
 ties to the " Confirmationis celebris memoriae Domini Edwardi,
 Citizens of " nuper Regis Angliæ, patris nostri, in hæc verba :—
 London, by Edward III.

[*Here follows a Recital in full of the Charter of Confirmation of Edward II., pp. 255–268, ante, with some verbal variations of no importance.*]]

F. 271. a. " Inspeximus etiam quosdam Articulos quos idem
 " " pater noster, dicto octavo die Junii, per Litteras suas
 " " Patentes, concessit prædictis civibus, in perpetuum
 " " obtainendos et observandos, in hæc verba, videlicet,—
 " " quod Major et Vicecomites civitatis prædictæ per
 " " cives ejusdem civitatis, juxta tenorem Chartarum
 " " progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ,
 " " eis inde confectarum, elegantur, et non alio modo.
 " " Et quod nullus Vicecomitum civitatis illius, qui pro
 " " tempore erunt, habeat nisi duos clericos et duos
 " " servientes, ratione officii illius ; et quod tales clericos
 " " et servientes sibi suo periculo assumant, pro quibus
 " " voluerint respondere. Et quod Major civitatis præ-
 " " dictæ, dum Major fuerit, non habeat aliud officium
 " " ad civitatem illam spectans quam officium Majoritatis
 " " ejusdem ; nec sibi attrahat, seu coram ipso teneat,
 " " placitum Vicecomitale in Camera civitatis illius, nec
 " " alia placita quam illa quæ secundum antiquam con-
 " " suetudinem civitatis prædictæ tanquam Major tenere
 " " debet. Et quod tallagia vel auxilia ad opus nostrum,

* This folio immediately follows
 folio 265. The same lacuna seems
 to have existed at the date of the
 compilation of *Liber Albus*, A.D.

1419 ; as the intervening folios are
 not referred to in the Calendar con-
 tained in Book IV of that work.

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

15 EDW. III.] GRANT AND CONFIRMATION OF LIBERTIES. 439

" vel hæredum nostrorum, seu pro statu et commodo
 " civitatis prædictæ, ex nunc in eadem assidenda, post-
 " quam per homines Gardarum ad hoc electos seu
 " deputatos assessa fuerint, per Majorem, Aldermannos,
 " seu alios, non augmententur nec exaltentur, nisi
 " de communi consensu Majoris et communitatis civi-
 " tatis prædictæ: et quod denarii de hujusmodi
 " tallagiis et auxiliis provenientes, in custodia quatuor
 " proborum hominum, Communiarorum civitatis præ-
 " dictæ, per communitatatem ejusdem civitatis ad hoc
 " eligendorum, liberentur, per testimonium eorundem
 " quatuor hominum ulterius liberandi; ita quod iidem
 " quatuor homines communitatem prædictam ad quod
 " commodum et quos usus denarii illi devenerint,
 " valeant informare. Et quod nullus alienigena in
 " libertatem civitatis prædictæ admittatur, nisi in Hus-
 " tengo. Et quod indigena, et præcipue Anglicus
 " mercator, de certo mestero vel officio in libertatem
 " civitatis prædictæ non admittatur, nisi per manu-
 " captionem sex hominum proborum et sufficientium,
 " de mestero vel officio de quo ille erit qui in liber-
 " tam sic est admittendus; qui quidem sex
 " homines manucipient pro illo sic admittendo de
 " conservando civitatem prædictam indemnam in illa
 " parte; et eadem forma manucaptionis observetur
 " de alienigenis prædictis, qui in libertatem civitatis
 " prædictæ in Hustengo admittendi sunt, si sint de
 " aliquo certo mestero vel officio; et si non sint
 " de certo mestero, tunc in libertatem ejusdem civi-
 " tatis non admittantur sine assensu communitatis
 " civitatis illius; et illi qui in libertatem civitatis
 " illius, postquam regimen regni nostri suscepimus,
 " contra formas præscriptas sunt admissi, et qui
 " contra ipsorum juramentum in hac parte præ-
 " stitum, vel contra Statuta civitatis illius, venerint,
 " et inde legitime convincantur, libertatem amit-
 " tant civitatis prædictæ; salvo semper, quod
 " de apprenticiis in eadem civitate observentur mo-
 " dus et forma antiqui civitatis prædictæ. Et quod

F. 271. b.

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

440

LIBER CUSTUMARUM.

[15 EDW. III.]

“ singulis annis in civitate prædicta, quotiens opus fuerit, inquiratur si qui de libertate ejusdem civitatis de bonis aliorum, qui non sunt de eadem libertate, in civitate illa mercandisas exercuerint, bona illa ad vocando propria sua esse, contra ipsorum juramentum et contra libertatem civitatis prædictæ; et illi qui inde legitime convicti fuerint, libertatem ejusdem civitatis amittant. Et quod omnes et singuli in libertate civitatis prædictæ existentes, et libertatibus ac liberis consuetudinibus ejusdem civitatis gaudere volentes, sint in Lotto et Scotto et participes omnium onerum pro statu civitatis ejusdem et pro libertate ejusdem manutenenda, juxta sacramentum quod fecerunt quando ad libertatem illam admissi fuerunt; et qui hoc noluerit, libertatem ejusdem civitatis amittat. Et quod omnes et singuli de libertate civitatis illius existentes et extra eandem civitatem manentes, ac per se vel per suos mercandisas suas infra dictam civitatem exercentes, sint in Lotto et Scotto cum communariis ejusdem civitatis, pro mercandisis suis prædictis; vel alias a libertate sua amoveantur. Et quod Commune Sigillum civitatis prædictæ in custodia duorum Aldermannorum et duorum aliorum, Communiariorum, per Communarios civitatis illius ad hoc eligendorum, remaneat; et quod sigillum illud non negetur pauperibus nec divitibus, Communariis de civitate prædicta, cum indiquerint, dum tamen rationabiliter probare poterunt causam suæ demandæ; et quod pro appositione sigilli illius nihil capiatur. Et quod pondera et stateræ de mercandisis inter mercatores et mercatores pondemandis, de quibus exitus provenientes, et cognitiō eorundem, ad communitatem civitatis prædictæ pertinent, in custodia proborum et sufficientium hominum de eadem civitate, in officio illo expertorum et ad hoc per communitatem prædictam eligendorum, remaneant, ad voluntatem communitatis illius cus-

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum*
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

15 EDW. III.] GRANT AND CONFIRMATION OF LIBERTIES. 441

" ' todienda; et quod aliis quam sic eligendis nulla-
 " ' tenus committantur. Et quod Vicecomites civitatis
 " ' prædictæ, qui pro tempore fuerint, theolonium et
 " ' alias custumas ad firmam suam pertinentes, ac alia
 " ' officia sua publica ad ipsos spectantia et per alios
 " ' exercenda, si ea committere voluerint, hominibus
 " ' sufficientibus pro quibus ipsi Vicecomites respondere
 " ' voluerint, et non aliis, committant; et si quis, per
 " ' dictos Vicecomites ad aliquod præmissorum deputa-
 " ' tus, custumam indebitam capiat, vel aliter se gesserit
 " ' in officio illo quam debeat, et ad sectam conque-
 " ' rentis inde convincatur, ab officio illo amoveatur,
 " ' et juxta ejus demerita puniatur. Et quod merca-
 " ' tores qui non sunt de libertate civitatis prædictæ,
 " ' vina aliqua seu alia mercimonia infra eandem civi-
 " ' tatem, seu suburbia ejusdem, ad retalliam non
 " ' vendant. Et quod abbocatores aliquarum mercan-
 " ' disarum in civitate prædicta de cætero non exis-
 " ' tant, nisi per mercatores de misteris in quibus
 " ' ipsi abbocatores habeant officia sua exercere¹ et ad
 " ' hoc electi fuerint, et super hoc saltem coram Majore
 " ' civitatis prædictæ præstiterint juramentum. Et
 " ' quod communes hospitatores in civitate prædicta et
 " ' suburbis ejusdem, quamvis non sint de libertate
 " ' civitatis illius, sint participes onerum dictam civi-
 " ' tatem, pro statu ejusdem manutenendo, contingen-
 " ' tium, quamdiu sic fuerint communes hospitatores,
 " ' sicut cæteri hujusmodi hospitatores in civitate et
 " ' suburbis prædictis, ratione hospitalitatum illarum,
 " ' participabunt; salvo semper, quod mercatores de
 " ' Vasconia et alii alienigenæ in dicta civitate ad
 " ' invicem habitare et hospitare possint, prout hactenus
 " ' facere consueverunt. Et quod custodia Pontis civi-
 " ' tatis prædictæ, et redditus et proficia ad Pontem
 " ' illum pertinentia, duobus probis et sufficientibus
 " ' hominibus de civitate prædicta, aliis quam Alder-

¹ This word is inserted erroneously.

Cambridge University Press

978-1-108-04253-6 - Munimenta Gildhallae Londoniensis: Volume 2: Liber Custumarum
with Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

442

LIBER CUSTUMARUM.

[15 EDW. III.]

" mannis, ad hoc per communitatem civitatis illius
 " eligendis, ad voluntatem ejusdem civitatis custo-
 " dienda, et qui eidem communitati inde respondeant,
 " et non aliis, committantur. Et quod nullus ser-
 " viens de Camera Guyhaldæ civitatis prædictæ capiat
 " feodum de communitate civitatis illius, aut execu-
 " tionem faciat, nisi unus per communitatem civitatis
 " prædictæ ad hoc electus. Et quod Camerarius, Com-
 " munis Clericus, et Communis Serviens civitatis præ-
 " dictæ, per communitatem civitatis ejusdem eligantur,
 " et amoveantur pro voluntate ejusdem communitatis.
 F. 272. a. " Et quod bona Aldermannorum civitatis prædictæ
 " in auxiliis, tallagiis, et aliis contributionibus, dic-
 " tam civitatem contingentibus, per homines de Gardis
 " in quibus Aldermannii illi moram fecerint, taxentur,
 " sicut bona cæterorum civium de eisdem Gardis.—
 " Quos quidem Articulos, prout superius exprimuntur,
 " et contenta in eisdem, dictus pater noster, per lit-
 " teras suas prædictas acceptavit, approbavit, et ra-
 " tificavit, et ea pro se et hæredibus suis, quantum
 " in ipso fuit, præfatis civibus, hæredibus et succes-
 " soribus suis, concessit et confirmavit, in civitate et
 " suburbis prædictis, ad communem utilitatem in
 " illis habitantium et confluentium ad eadem, obti-
 " nenda et in perpetuum observanda. Volensque præ-
 " terea Majori, Aldermannis, et civibus civitatis præ-
 " dictæ, ad ipsorum civium requisitionem, gratiam
 " facere ampliorem, concessit eis per easdem litteras
 " suas, pro se et hæredibus suis, quod Major, Alder-
 " manni, cives, et communitas communiariorum civi-
 " tatis prædictæ, et eorum hæredes et successores,
 " pro necessitatibus seu utilitatibus ejusdem civitatis,
 " inter se, de ipsorum communi assensu, super bonis
 " suis infra civitatem illam, tam super redditibus quam
 " aliis, et tam super mesteris quam alio modo quo [me-
 " lius] expedire viderint, tallagia assidere possint et le-
 " vare, sine occasione ejusdem patris nostri vel hæredum
 " suorum, seu ministrorum suorum quorumcunque ; et